



Sammeld - 00

Gr. Form.  
D. g. 65

Sept. & Dez. f.  
28/167. X

2. Mat. 4. 5  
S. 1.  
5 5.

Friedrich Wilhelm Böttcher

Fragment of text from the adjacent page, including words like "an", "ja", "an", "Um", "M", "No", "Al", "ad", "Ne", "e", "G", "H", "L", "L", "H", "f".



AD  
SERENISSIMVM POTENTISSI-  
MVMQVE BORVSSIAE REGEM  
AC DOMINVM,

DOMINVM  
**F**RIDERICVM,

DE  
NEPOTE,

A. D. IX. CALEND. DECEMBR.  
*cIo Io CCVII.*


DIVINITVS DATO,  
SVBMISSA GRATVLTATIO.

---

COLONIAE MARCHICAE,  
Typis ULRICI LIEBPERTI, Regii Typographi.

elven.  
ad in für  
of ee rib  
Walm  
dann de





SERENISSIME ATQVE  
POTENTISSIME REX,  
DOMINE MVLTO CLEMENTISSIME,



Oua quotidie, parcius læta, sequiora  
identidem enotescunt. Ex aula TVAE,  
REX AVGVSTISSIME, id quod  
olim de Africa percrebuit, *semper ali-*  
*quid novi*: aduersa tardius, & ideo  
tantum suberrant, vt fortunæ condu-  
cant sereniori. Biennium est, quum ex obitu Celsis-  
simæ TVAE SOPHIAE, Reginae nostræ, luctu re-  
rum omnium facies obuolueretur, tristisque nuntio  
non vna Borussia, sed patentissimum Europæ spa-  
tium personaret. Vtique illud in malis, & perfectis-  
simis malis reponebamus. Sed, quæ mirifica prou-  
dentissimi cæli benignitas est, florentissima PRIN-  
CEPS HANNOVERANA, quæsitissima FRI-  
DERICI VVILHELMI CONIVX, VESTRAE  
pariter ac orbis deliciae, ILLIVS & auspiciatissimum  
nomen restituit, & ceteram iacturam pergratis vici-  
bus repensauit. ILLA sane Heroem TIBI FILIVM,  
HAEC

HAEC NEPOTEM exhibuit ; dabuntque proxima tempora, quod spes omnium auguratur, pietas confidit, felicissimi prouentus & ominis NEPOTES. Atque hoc quidem nouissimum est, quod accepimus, hoc omnium desideratissimum: cui comparari haud queunt, quæ noua reliqua recensentur, ac ne id quidem, quod his diebus compertum est, Borussia regnum nouo Principatu adauctum esse, ab ipsa nouitate nomen indepto.

Vides iam, REX Deo probate, quam propitio Numine res TVAE gubernentur, quantis auctibus, qua celeritate, in sublimius meliusque prouehantur. Vident idem Borussi ciues, vident exteri, & ad congratulandum animos, itemque vocem adornant. Meum est, horum exæquare industriam, pietatem æmulari, vt qui ciuis non minus, quam hominis officium expendo. Refero me, quum id animo vultem, ad priscae cuiusdam rei memoriam, quæ, si ad præsens tempus exigatur, mentem aut plene conuincit, aut ad spem optimam disponit ; votis certe & gratulationi dat vbertatem. Nouocomum, quod iam Borussicis terris accessit, a primo Romanorum Cæsare vel conditum est, vel reparatum, tumque temporis adeo floruit, vt cum plerisque ciuitatibus contenderet, multis palmam præriperet. Quod si quid numerorum sacris, si quid prælagii temporum rationibus, imo si plus sancto Principis moderamini, quam profanorum mortalium conamini, fortunæ tribuendum est ; certe sub TE FRIDERICO, primo Borussorum REGE, & Nouomeneses, & vniuersi ciues, omnem antiquitatis gloriam anteuertent. Vt autem is nuntius, quem de Nouocomo  
cogno-

cognouimus, natalem NEPOTIS TVI perpauca die-  
bus anteceffit, ita Comum, nunc Principatus, sit  
Principis nouelli typus, vitam EIVS faustis significa-  
tionibus adumbrans. Scilicet uti Comum anti-  
quum, seu Nouocomum, quantum probatae fidei  
scriptores tradunt, amoenissime fuit exstructum, ha-  
bitque mirandum naturae beneficium, hoc est por-  
ticum aliquam, hiberno iuxta, & verno tempore,  
semper viridem gemmeamque; ita non aliud arden-  
tiore studio comprecor, non aliud propiore fiducia,  
quam ut PRINCIPI TVO NEPOTI, quidquid virentis  
fortunae est, caeli terraeque moderator indulgeat,  
annisque augetur confirmet. TE, REX  
SACRATISSIME, haec vota prosequuntur, ut  
AVVS complurium Nepotum, PATER multarum ad-  
huc gentium, saluus atque incolumis comperiaris,  
laetissimorumque nuntiorum & auctor & auditor  
perseueres. Ita gratulabundus precor, ita inter Ha-  
lenses musas, quas FRIDERICIANAS verius appello,  
perpetua diligentia precabor.

### TVAE MAIESTATIS

Subiectissimus demississimusque seruus

ANDREAS IVLIVS DORNMEIER,  
Hannoveranus,  
In Acad. FRIDERICANA Elog. & Phil. Adjunct.

AB 175530

24

ULB Halle 3  
003 062 570



Sl.

1717







AD  
 SERENISSIMUM POTENTISSI-  
 MVMQVE BORUSSIAE REGEM  
 AC DOMINVM,

DOMINVM  
**F**RIDERICVM,

DE  
 NEPOTE,

A. D. IX. CALEND. DECEMBR.  
 c. 10 10 CCVII.

DIVINITVS DATO,  
 SVBMISSA GRATVLATIO.

---

COLONIAE MARCHICAE,  
 Typis ULRICI LIEBPERTI, Regii Typographi.